

TRIBUNALE DELLA ROTA ROMANA - *Parisien.* - Nullità del matrimonio - Preliminare: *nova causae propositio* - Decreto - 13 giugno 2001 - Sciacca, *Ponente* (\*).

**Non passaggio in giudicato delle cause sullo stato delle persone - Stabilità dei rapporti giuridici - «Nova causae propositio» soltanto in presenza di nuove e gravi prove o argomenti - Novità «materiale»: «sine facto novo nihil valet».**

**Distinzione fra l'appello contro la reiezione della «novae causae propositio» e la richiesta per altre nuove e gravi prove o argomenti. L'appello contro il primo diniego da parte della Rota Romana della «nova causae propositio» è di competenza, di per sé, della Segnatura Apostolica, quantunque il Turno superiore rotale ne sia concorrentialmente competente.**

**Giurisprudenza della Rota Romana - Valore normativo soltanto in caso di «lacuna di legge» - Il disposto dell'art. 126 della cost. ap. «Pastor bonus» («unitati iurisprudentiae consulit») non implica l'obbligo giuridico per il giudice di adeguarsi alla giurisprudenza rotale bensì manifesta soltanto la sua autorità intrinseca.**

**La difformità dell'«in iure» della o delle sentenze impugnate con la più recente giurisprudenza rotale non costituisce motivo per la concessione della «nova causae propositio».**

Infrascripti Praelati Auditores de Turno, in sede Apostolici R. Rotae Tribunalis, die 13 iunii 2001 legitime coadunati ad definiendam praeliminarem quaestionem:

“An decretum Rotale diei 26.X.1995 confirmandum vel infirmandum sit, ideoque nova causae propositio sit admittenda”, hoc tulerunt decretum.

ADUMBRATIO CASUS. — 1. Arctissimam vero congruentiam Nobis datum est inter processuales coniugalesque Partium casus invenire, scil.

---

(\*) Prot. n. 18.272, B. Bis 73/01. *Vide alla fine nota di Joaquín Llobell, Sulla «novità» degli argomenti richiesti per la concessione della «nova causae propositio» e sull'appello contro la reiezione della n.c.p. da parte della Rota Romana.*

AA, actricis, die 19.XI.1950 enatae, et BB, conventi, duobus annis maioris natu: bina, enimvero, tum familiaris tum iudiciaria historia multiplex valdeque implicata — uti continuo videbimus — evasit.

Puella, genere nobilis, in familiaribus relationibus delicata, occursum, Siciliam peragrante, cum BB, iuvene desidioso aliquantum, habuit atque intimas cum eo consuetudines, usque ad suspectam praegnantiam, instauravit.

Cum igitur omnia ad nuptias parata fuissent, etsi dedectum fuerit puellam ex utero non gerentem, nuptiae itidem celebratae sunt in parisiensi paroeciali ecclesia S. Iuliano dicata die 18 sept. 1971; pridie, nempe 17 sept., locum civilis ritus coram civitatis Magistratu oppidi v.d. "St. Cloud" habuerat.

Inter permulta discidia, praesertim ob viri levem indolem, ductus est coniugalis convictus quem mulier, laudabiliter, servandum strenue conabatur; filiaque genita est, cui nomen CC.

Vir, autem, domu coniugali deserta, in Canadienses regiones per fugit; eo quod, exacerbata mulier petivit ac obtinuit, consentiente viro, divortium, uti aiunt, civile.

Mulier, enimvero, quae interdum pietati fervide redierat, ad suam tutandam conscientiam, coram Ecclesia nullitatis suum accusavit matrimonium — id anno 1975 evenit — ob incapacitatem ex utraque parte; ast Parisiense Tribunal pro vinculo edixit.

Sed partes — praevia civilis ritus altera celebratione — convictum resumpserunt, trina recreatum prole ac per decennium productum, usque ad definitivam separationem quae anno 1986 evenit.

Obtento denuo divortio, ad Tribunal Ecclesiasticum Appellationis, seu Versaliense, recurrit mulier causamque vicit, quoniam declarata est matrimonii nullitas ob actricis incapacitatem.

Causa, deinde, apud N. S. Auditorium, in 3<sup>o</sup> iurisdictionis gradu, agitata est, ad mentem can. 1095 nn. 2 et 3, scil. ob incapacitatem ex parte mulieris.

Quae, autem, non acquievit negativo responso, per sententiam die 15.VI.1994 prolatam, ei dato, atque, per suae Patronae, scil. Adv. Rot. N.N., ministerium, novam causae propositionem postulavit — insectante addendarum instantiarum agmine dd. 15 maii 1995, 20 maii 1995, 16 oct. 1995, una cum plurimis epistulis, documentis, relationibus etc —, reiectam vero Turni Rotalis c. Bruno decreto diei 26.X.1995, adversus quod die 16 aprilis 2000 institit.

Turno Rotali, die 20 maii 2000, constituto coram R.P.D. Alwan, postea reformato per suffectionem infrascripti Ponentis die vero 12 iunii 2000 habitam, Nobis hodie quaestio definienda venit.

IN IURE ET IN FACTO. — 2. Trita sunt principia ex cann. 1643 et 1644 manantia centiesque a N. F. iurisprudencia usitata, iuxta quae, si in rem iudicatam causae de personarum statu numquam transeunt, tantummodo — duplici conformi prolata sententia — ne legis iuriumque in Ecclesia certitudo perpetuo periclitet, novis gravibusque probationibus atque argumentis adstantibus, praecipit praef. can. 1644, nova causae propositio, quovis tempore, pro bono animarum, quod in Ecclesia suprema est lex, provocari potest.

3. Iterum iterumque institit praelaudata illa Patrona, sicut supra diximus, instantia die 19 aprilis 2000 interposita, novamque postulare audientiam censuit.

Ast tamquam alatus equus, Pegasus ille, praefata instantia oculis nostris enitet.

Enimvero, una insimul, adversus decretum c. Bruno die 26.X.1995 latum denegans novam causae propositionem recurrit id “Appellatio” quandoque vocatur —; atque alia nova et gravia argumenta de quibus sub can. 1644 dictamine, offerre praesumit: idque autem novae causae propositionis quidem petitionem constituit.

Revera, tales novae, gravesque probationes, vel argumenta, praelaudatae Patronae iudicio, in eo praeipue sistunt quod Versaliensis sententia, die 22.IX.1992 prolata, haud conformiter “recentiori” at constanti iurisprudenciae R. Rotae edita fuerit.

Quod autem Patrona iam dixerat et nunc et instanter refricat; atque R.P.D. Bruno in praef. Decreto debite plenum responsum sub pp. 8-10 fuse dederat.

4. Agitur, proinde, denuo, de viri credibilitate, cuius adseverationes, Perito redditas, Peritus et ipse genuinas iudicaverat; de eiusdem viri immaturitate, nota perpensaque a Versaliensibus Iudicibus; Patrona, postremo, iterum iterumque loquitur — uti supra iam attigimus — de adserto iuris gravi errore a praefatis Iudicibus patrato, quare Secundi gradus sententia haud conformis “recentiori” illi constantique romanae-rotali iurisprudenciae evasit.

“Prae primis animadvertendum est — peropportune decretum c. Bruno edixerat — iurisprudenciam rotalem constanter tenuisse quamcumque deordinationem inducentem incapacitatem validum

consensum matrimonialem eliciendi, nota antecedentiae vel saltem latentis praesentiae momento manifestationis consensus ornari debet. Nam omnes turbae psychicae aut psychologicae post matrimonium exortae, nullum influxum exercere possunt in consensu, quia matrimonio in facto iam constituto accedunt.

“Praeterea dubitari nequit... Iudices Galliae negativam sententiam dedisse non solum quia existimabant viri incapacitatem haud perpetuam esse, sed etiam quia eandem incapacitatem ne praenuptialem tenebant”.

Hinc enim de viri conventi incapacitate agitur; ast Patrona de eiusdem insinceritate loqui iterat. Sed, manifesto, uti legimus in Lugdunen c. Giannecchini diei 25 oct. 1988, (RRDecr., v. VI, p. 199) — “hic non est quaestio de moralitate, credibilitate aut de recta intentionis contrahentis... sed de eiusdem condicionibus psychicis verum consensum matrimonialem re praepedientibus”.

5. Institit, caeterum, Cl.ma Patrona, quoad adsertum iuris gravem, a Versal. Iudicibus patratum, errorem, de quo R. P. D. Bruno dixerat “in casu locum habere non posse. Lex — prosequitur prael. Decretum — a iurisprudencia non conditur, sed interpretatur, ideoque error iuris decisioni versaliensi imputari nequit, etsi eadem ab hodierna praevaletenti Rotali iurisprudencia recedere autumavit”.

Iurisprudencia — uti compertum sane — valorem legis non habet, vim simpliciter autem detinet “auctoritatis moralis quam Iudices tuto sequi valent” (Z. VARALTA, *De iurisprudenciae conceptu*, Romae, 1974, p. 71).

Quod iam CJC piano-benedictinus expresse statuerat: “(Interpretatio) data per modum sententiae iudicialis... vim legis non habet et ligat tantum personas atque afficit res pro quibus data est” (can. 17 § 3).

Ipsisque verbis vicens CJC (can. 16 § 3) praecipit:

“Interpretatio autem per modum sententiae iudicialis... vim legis non habet et ligat tantum personas atque afficit res pro quibus data est”.

“Iurisprudencia agitur — legimus in Cl.mi Varalta op. cit., pp. 73 ss. — quae ex conformi at constanti praxi tribunalium inducitur, vim legis non obtinet, etiamsi agatur de constanti praxi recepta in Tribunalibus Apostolicis S. R. Rotae et Signaturae Apostolicae, quae in iudicando utuntur iurisdictione ipsis a Summo Pontifice directe collata. Immo nec ipsis sententiis conformiter latis a R. Ponti-

“fice vim legis tribui potest, etsi supremam iurisprudentiae normam constituent”.

Paucis verbis: iurisprudentia legis lacunas replet, uti scite Cl.mus J. Llobell scribit: “Il compito giudiziario della Rota può raggiungere... carattere normativo... per quelle fattispecie toccanti lacune di legge” (in *Perfettibilità e sicurezza della norma canonica. Cenni sul valore normativo della giurisprudenza della Rota Romana nelle cause matrimoniali*, in Pontificium Consilium de Legum Textibus Interpretandis, «*Ius in vita et in missione Ecclesiae*». *Acta Symposii Internationalis Iuris Canonici, in Civitate Vaticana celebrati diebus 19-24 aprilis 1993*, Città del Vaticano, 1994, p. 1247), iter novum quoque — id est illa “interpretazione evolutiva” de qua loquitur Cl.mus P.A. Bonnet (*Giudizio ecclesiale e pluralismo dell'uomo. Studi sul processo canonico*, Torino, 1998, p. 464) — iurisprudentia, dicebamus, demonstrat, non autem, coacte, id persequendum cogit.

Attento enim praescripto art. 126 Const. Ap. *Pastor Bonus*, iurisprudentialis functio R. Rotae evenire debet — uti perbelle concinnat praelaudatus Bonnet (*La competenza del Tribunale Apostolico della Rota Romana e del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica*, in *Ius Ecclesiae*, v. VII, 1995, p. 22) “Senza pregiudizio di ogni legittima diversità”; caeterum: “Il Tribunale Rotale Romano deve poter e sapere giocare il proprio ruolo essenziale di guida autorevole verso un’interpretazione della legge le cui «discontinuità» siano (nell’applicazione a casi che non sono mai fra loro del tutto identici) le incarnazioni necessarie della «continuità», come espressione di una comprensione culturalmente anche differente nei modi della sua comunicazione agli uomini, ma pur tuttavia sempre identica nel contenuto annunciando la medesima ed unica legge divina”.

Quoad nunc etiam “normativitatem iurisprudentiae, adfirmat R.D. J.P. Montini (*La giurisprudenza dei tribunali apostolici e dei tribunali delle chiese particolari*, in AA.VV., *Il diritto della Chiesa. Interpretazione e prassi*, Città del Vaticano, 1996, 1996, p. 119), est enim ipsa “la strutturazione unitario-gerarchica dell’ordinamento giudiziario”, quae “porta alla unitarietà della giurisprudenza in se stessa e non già attraverso uno specifico obbligo giuridico che cada in capo ai giudici e ai Tribunali inferiori. Non è ammissibile che la rigida strutturazione unitario-gerarchica implichi nel giudice un obbligo... il che cozza contro la indipendenza del giudice chiamato a giudicare secondo diritto e coscienza e pure contro la natura più profonda

della giurisdizione che è la ricerca sempre e comunque di ciò che è vero, di ciò che giusto”.

Summatim, virtus iurisprudentiae, quae dynamica dici potest, omnino in intrinseca sua auctoritate sistit, quae tamen auctoritas, certo certius, minime cum legis auctoritate aequanda est. Eoque cum interpretatione a Patrona data.

6. Utcumque, si Cl. Patrona appellare voluit adversus Rotale decretum c. Bruno — uti ex folio ponentiae: “Actrice recurrente ...” — hocce a Nostro decreto iam responsum habuit: ast, tametsi transactis legis fatalibus triginta dierum a can. 1643 § 1 pro impugnatione praevisis, Adpellatio, revera, apud Signaturam Apostolicam provocanda esset: idque ex can. 1445 § 1 n. 2 et art. 122 Const. Ap. Pastor Bonus, quod probati A.A. — excepto ac strenue adversante R.D. Aegidio Del Corpo in *De retractatione causae matrimonialis post duplicem sententiam conformem* (Neapoli, 1969) — sane confirmant: ita F. Roberti: novum examen primo petendum est a S. Rota; “si ipsa denegaverit, fit recursus ad Signaturam” (*De Processibus*, vol. 1, ed. 2, impr. 3, Romae, 1941, p. 397, nota 3); F. DELLA ROCCA, *Istituzioni di diritto processuale canonico*, Torino, 1946, p. 360: “Per le cause svoltesi in Rota il nuovo esame è richiesto al Turno superiore e, se questo rigetta l’istanza, dovrà farsi ricorso al Tribunale Supremo della Segn. Ap.”; J. M. Pinna: “Si unico decreto reiiciat recursum adversus sententias rotales... renuens eas ad novum admittere examen, aditus patet ad Signaturam Apostolicam, quae de re debit et quidem ordinaria potestate” (*Praxis Judicialis Canonica*, ed. 2, Romae, 1966, p. 175); Al. Chiappetta: “Contro una eventuale decisione negativa della Rota, è possibile un ulteriore ricorso che va presentato a norma del can. 1445 § 1 n. 2 al Supr. Tribunale della Segnatura Ap.” (*Il Matrimonio nella nuova Legislazione Canonica e Concordataria*, Roma, 1990, pag. 587); et ita P. Franciscus Ramos, OP., in *I Tribunali Ecclesiastici*, Roma, 1998, pp. 477 ss. et Carolus Gullo in *La N.C.P. in Il Processo Matrimoniale Canonico*, ed. 2, Città del Vaticano, 1994, p. 797 ss.)

Quoad Iurisprudentiam Rotalem, cfr. Decretum Turni c. Em.mo Brennan, diei 10.VII.1951; c. Bejan, diei 23.IV.1959; c. Doheny, 16.II.1960; c. Exc.mo Ewers diei 25.V.1963; c. Exc.mo De Iorio d. 16.X.1982; c. infrascripto Ponente diei 24.XI.2000.

Hocce, plane, a verbis can. 1445, § 1, n. 2 desumi potest: “Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal cognoscit: ... 2° recursus in cau-

sis de statu personarum, quas ad novum examen Rota Romana admittere renuit”, una cum art. 122 Const. Ap. *Pastor Bonus*: “Ipsum (Supr. Tr. Ap. Sign.) cognoscit. ... 2) recursus in causis de statu personarum, adversus denegatum a Rota Romana novum causae examen” — apud Apostolicam Signaturam pertractanda esset, quoniam, manifesto, nomen plurale “recursus”, ex contextu (cf. can. 17), non autem multitudinem actionum significat, sed potius indefinite ac generice percipiendum est. Cum, igitur, praef. art. 122 praecipiat: “Ipsum (Supr. Tr. Ap. Sign.) cognoscit: 1) « querelas » nullitatis et « petitiones » restitutionis in integrum contra sententias Rotae Romanae”; certo certius nemo intelligit tantum secundam vel tertiam querelam seu petitionem apud Signaturam provocari posse!

Nihilominus, N. F. iurisprudentia — cf., ex. gr., decr. c. Bruno, Sedinen Camin, diei 30.I.1987 et antecedentem decisionem Praelatorum Auditorum integri Collegii diei 23.XII.1948 — Rotalis Auditorii interventum praecipit, cui, revera, Iudiciario Collegio, munus incumbit non autem interpretandi et tam minus condendi legem, sed ius, nomine Papae, dicundi.

7. Si, e contra, dicebamus, novum examen vero postulare intendit, idem est responsum, quia meras censuras atque quaerimonias Nobis obtulit.

Verum est quod constituitur novum et grave argumentum illud factis ex eo desumptum quod probationes allatas Iudices non aestimarunt “ut meruissent”.

Sed argumentum tale mera non erit censura in sententiis iam prolatis, et tunc tantum ad dignitatem novi argumenti evehi poterit, cum factis utique novis gravibusque constet rem sub diversa luce aestimandam fore, seu “ut meruisset” in se, non autem in cortice: “ut meruissent”... sine facto novo nihil valet!

Ita enim Cl. Patrona loquitur: “Prima sententia negativa a Trib. Paris. lata, fere nihil — si excipias unam paginam — habet de sola viri conventi incapacitate psychica. Defectus consensus viri obiter tantum tractatus fuit et quasi adligatus defectui consensus actricis. Etiam appellata sententia Versilien., unam tantum paginam dedicavit viri verum consensum matrimonialem capacitati eliciendi”.

A mente, enim illud ne abscedat quod scientia iuris non autem quantitatis sed qualitatis scientia est!

Postremo, arida testium notula — uti constanter N.F. iurisprudentia monuit —, tum notorum, tum novorum, sicut H.A.T. navus

Vinculi Defensor Principalis peropportune notavit, nihil processui offerre potest, nec novum graveque constituit argumentum.

8. Quibus omnibus perpensis, attento R. D. Defensoris Vinculi voto necnon Cl.mae Patronae memoriali, infrascripti PP. Auditores de Turno, propositae quaestioni respondendum censuerunt uti respondent:

*Affirmative seu decretum rotale 26.X.1995 confirmandum esse ideoque novam causae propositionem concedendam non esse, in casu.*

Quod decretum jusserunt insuper notificari omnibus quibus de jure, ad omnes juris effectus.

Romae, apud R. Rotam, die 13 iunii 2001.

*Jordanus Caberletti  
Angelus Bruno Bottone  
Josephus Sciacca, Ponens*

---

**Sulla «novità» degli argomenti richiesti per la concessione della «nova causae propositio» e sull'appello contro la reiezione della n.c.p. da parte della Rota Romana.**

Il decreto *coram* Sciacca, 13 giugno 2001<sup>(1)</sup>, ha il merito di porre in poche pagine molte questioni importanti e di offrirne soluzioni non convenzionali. L'argomento di maggiore rilevanza, poiché riguarda il sistema delle fonti del diritto, concerne il valore della giurisprudenza della Rota Romana (cfr. n. 5). Oltre all'indubbio valore normativo della medesima in caso di «lacuna di legge», il disposto dell'art. 126 della cost. ap. «Pastor bonus» («*hoc Tribunal unitati iurisprudentiae consulit*») e le indicazioni di Giovanni Paolo II nei suoi discorsi al Tribunale Apostolico consentirebbero di sostenere — diversamente da quanto affermato dal decreto — che l'*autentica* giurisprudenza rotale implica un qualche obbligo giuridico anche in fattispecie che — quantunque non siano riconducibili immediatamente alla lacuna di legge, pur essendo ad essa collegabili — nondimeno comportano una certa valenza nomopoietica della costante in-

---

(1) ROTA ROMANA, *coram* Sciacca, decreto, 13 giugno 2001, *Parisien.*, *Nullitatis matrimonii; Praeliminaris: novae causae propositionis*, Prot. n. 18.272, B. Bis 73/01, *vide supra*.



interpretazione della norma legale compiuta da questo organo vicario del Pontefice. Tuttavia, essendomi occupato della questione precedentemente <sup>(2)</sup>, ora mi soffermerò soltanto su alcune tematiche di natura rigorosamente processuale.

*Sulla « novità » delle prove e degli argomenti richiesta per la concessione della « nova causae propositio ».*

La citata decisione *coram* Sciacca espone in modo molto schietto, secondo lo stile del ponente, le due finalità a cui l'ordinamento canonico vuol adempiere, in particolare nelle cause sullo stato delle persone: *a*) l'adeguamento del dispositivo della sentenza (*verità formale*) alla realtà delle cose (*verità materiale* od *oggettiva*) e *b*) la protezione della certezza del diritto e della stabilità dei rapporti giuridici sanciti dai provvedimenti dell'autorità competente (cfr. n. 2). Il simultaneo raggiungimento di dette finalità, entrambe richieste dalla « *salus animarum* », potrebbe diventare impossibile qualora fossero assolutizzate. Perciò la tradizione canonica è giunta ad un prudente equilibrio secondo cui la prima (il « *favor veritatis* ») è protetta con il non passaggio in giudicato (*materiale*) e con l'imprescrittibilità dell'azione nelle cause sullo stato delle persone (cfr. cann. 1643 e 1492 § 1), e la seconda (la certezza del diritto) con l'eseguibilità della doppia sentenza conforme e con limiti all'impugnazione di detto provvedimento simili a quelli richiesti per la *restitutio in integrum*, quantunque siano notevolmente meno rigidi (cfr. cann. 1644 e 1684 § 1). Questa ultima situazione è chiamata *quasi-giudicato* o *giudicato formale*.

Il decreto *coram* Sciacca, a proposito del requisito della *novità* degli argomenti richiesti per la concessione della *nova causae propositio*, afferma quasi *en passant*: « *sine facto novo nihil valet!* » (n. 7). Comunque, il problema posto dalla prescrizione del can. 1644 e dalla laconica affermazione del decreto è quello di tipizzare il concetto riguardante la natura della *novità* delle *probatiorum vel argumentorum*. Anche qui bisogna distinguere fra una *novità materiale* e un'altra *formale*. *Novità materiale* significa l'allegazione di un argo-

---

(2) Cfr. *Perfettibilità e sicurezza della norma canonica. Cenni sul valore normativo della giurisprudenza della Rota Romana nelle cause matrimoniali*, in PONTIFICIUM CONSILIUM DE LEGUM TEXTIBUS INTERPRETANDIS, « *Ius in vita et in missione Ecclesiae* ». *Acta Symposii Internationalis Iuris Canonici, in Civitate Vaticana celebrati diebus 19-24 aprilis 1993*, Città del Vaticano, 1994, pp. 1231-1258.

mento o di una prova non proposta nelle istanze precedenti<sup>(3)</sup>. Per novità *formale*, invece, è intesa una prova o un argomento già presentato presso i tribunali che hanno emesso la doppia sentenza conforme ma che, tuttavia, può essere considerato *nuovo* (*formalmente* soltanto) in quanto non tenuto nella dovuta considerazione. Detta trascuratezza deve essere, a sua volta, palese, cioè emergere in modo evidente dalla motivazione della sentenza, giacché non basta la mera discordanza del ricorrente nei confronti della libera valutazione della prova o dell'argomento compiuta dal tribunale (cfr. can. 1608 § 3).

Inoltre, non basta la semplice novità (materiale o formale) della prova o dell'argomento, dovendo essere anche *grave*, vale a dire avere un particolare *fumus boni iuris* sulla capacità della nuova prova o argomento di richiedere una decisione diversa da quella stabilita dalla doppia sentenza conforme. Comunque, detto *fumus boni iuris* non deve avere quella intensità ed evidenza richiesta dalla *restitutio in integrum* contro il giudicato materiale, giacché la *restitutio* è proponibile soltanto quando il provvedimento diventato giudicato materiale è *manifestamente ingiusto*, perché si è in presenza di qualcuna delle tassative e pressanti fattispecie elencate dalla legge (cfr. can. 1645). Invece, il giudicato formale è un giudicato affievolito dalla prescrizione (inesatta qualora fosse assolutizzata) del non passaggio in giudicato delle cause sullo stato delle persone (cfr. can. 1643). Detto affievolimento muta la *restitutio* nella più facilmente proponibile impugnazione costituita dalla *nova causae propositio* (cfr. can. 1644, appartenente, come i cann. 1643 e 1645, al titolo «*De re iudicata et de restitutione in integrum*»).

Questo equo sistema è quello delineato dalla giurisprudenza della Segnatura Apostolica e della Rota Romana, da cui la decisione *coram* Sciacca non intende discostarsi<sup>(4)</sup>. Infatti, il can. 1903 del CIC

(3) La *nova causae propositio* presuppone normalmente la doppia sentenza conforme, da cui scaturisce il giudicato formale nelle cause sullo stato delle persone. Comunque, detto giudicato è raggiungibile anche dalla sola sentenza di prima istanza *pro nullitate matrimonii* nel processo documentale qualora detta sentenza non sia stata appellata entro il termine di quindici giorni (cfr. cann. 1686-1688).

(4) Per quanto riguarda la dottrina (prevalentemente quella recente), cfr., ad es., M.J. ARROBA, *Diritto processuale canonico*, ed. 3, Roma, 1996, pp. 492-499; S. BERLINGÒ, *Giudicato. 5) Diritto canonico*, in *Enciclopedia giuridica*, vol. 15, Roma, 1988; E.M.<sup>a</sup> CAMPOS DE PRO, *La cosa juzgada en el Código de Derecho Canónico de 1983*, in UNIVERSITAS

1917 — sin dal 1909, in cui la questione fu trattata per la prima volta da uno *schema* della Commissione codificatrice<sup>(5)</sup> — richiedeva nuovi e gravi argomenti o documenti<sup>(6)</sup> per poter impugnare la dop-

---

STUDIORUM NAVARRENSIS, FACULTAS IURIS CANONICI, *Excerpta e dissertationibus in iure canonico*, vol. 4, Pamplona, 1986, pp. 439-530; C. DE DIEGO-LORA, *Eficacia de cosa juzgada y nueva «propositio»*, in J. MANZANARES (a cura di), *Cuestiones básicas de derecho procesal canónico*, Salamanca, 1993, pp. 179-211; ID., *I tribunali della Sede Apostolica*, in P.A. BONNET e C. GULLO (a cura di), *Il processo matrimoniale canonico*, ed. 2, Città del Vaticano, 1994, pp. 244-248; ID., *Comentario al can. 1644*, in A. MARZOA - J. MIRAS - R. RODRIGUEZ-OCAÑA (a cura di), *Comentario exegético al Código de Derecho Canónico*, Pamplona, 1996, vol. 4, pp. 1710-1721; AEG. DEL CORPO, *De retractatione causae matrimonialis post duplicem sententiam conformem*, Neapoli, 1969; C. GULLO, *La «nova causae propositio»*, in *Il processo matrimoniale canonico*, cit., pp. 797-823; ID., *Prassi processuale nelle cause canoniche di nullità del matrimonio*, Libreria Editrice Vaticana, 2001, pp. 260-262; J. HUBER, *Die Wirksamkeit von Entscheidungen nach einer Wiederaufnahme des Verfahrens*, in R. PUZA - A. WEIS (a cura di), *«Iustitia in caritate»*. Festgabe für Ernst Rößler, Sonderdruck, 1997, pp. 343-352; J.J. JOHNSON, *«Res iudicata»*, *«restitutio in integrum» and Marriages Cases*, in *Studia Canonica*, 28 (1994), pp. 323-345; J. LLOBELL, *Il giudicato nelle cause sullo stato delle persone. Note sulla dottrina di Carmelo de Diego-Lora*, in *Ius Ecclesiae*, 5 (1993), pp. 283-313; ID., *Verità e giudicato. Sulla riformulazione del concetto di appello canonico*, in *Verità e definitività della sentenza canonica*, Città del Vaticano, 1997, pp. 19-58; P. MONETA, *La giustizia nella Chiesa*, ristampa aggiornata, Bologna, 1995, pp. 124-129; L. MUSELLI, *Il concetto di giudicato nelle fonti storiche del diritto canonico. Dalle origini al XVII secolo*, Padova, 1972; S. PANIZO ORALLO, *Temas procesales y nulidad matrimonial*, Madrid, 1999, pp. 863-896; A.M. PUNZI NICOLÒ, *L'efficacia normativa della sentenza canonica e il problema del giudicato ingiusto*, in *«La norma en el Derecho Canónico»*. *Actas del III Congreso internacional de Derecho Canónico*. Pamplona, 10-15 de octubre de 1976, vol. 1, Pamplona, 1979, pp. 1071-1080; F. RAMOS, *La cosa giudicata e la «restituzione in integro»*, in *Il processo matrimoniale canonico*, cit., pp. 825-844; ID., *I tribunali ecclesiastici. Costituzione, organizzazione, norme processuali, cause matrimoniali*, ed. 2, Roma, 2000, pp. 591-599; N. SCHÖCH, *Die Wiederaufnahme des Personenstandsverfahrens gemäß der Rotajudikatur*, in *«De processibus matrimonialibus»*. *Fachzeitschrift zu Fragen des kanonischen Ehe- und Prozeßrechts*, 8/2 (2001), pp. 63-110; A. STANKIEWICZ, *Le prove e gli argomenti nuovi e gravi per il riesame della causa*, in AA.VV., *I mezzi di prova nelle cause matrimoniali secondo la giurisprudenza rotale*, Città del Vaticano, 1995, pp. 115-146, e in *Apollinaris*, 68 (1995), pp. 487-519. In ambito statale, cfr. G. DE DONNO, *Prova «sopravvenuta» e prova «non valutata» ai fini della revisione*, in *Giurisprudenza italiana*, 148/2 (1996), coll. 168-173 (nota alla sentenza della Cassazione, 28 settembre 1994, in *ibidem*).

(5) Cfr. *Il primo schema unitario delle parti prima e seconda: Schema 1909 per il Congresso dei Cardinali 1910*, can. 490 § 2, in J. LLOBELL - E. DE LEÓN - J. NAVARRETE, *Il libro «de processibus» nella codificazione del 1917. Studi e documenti*, vol. 1, *Cenni storici sulla codificazione. «De iudiciis in genere»*, il processo contenzioso ordinario e sommario, il processo di nullità del matrimonio, Milano, 1999, p. 836.

(6) Il termine “documenta” fu interpretato come «*quamcumque speciem proba-*

pia sentenza conforme nelle cause di nullità del matrimonio. Appena entrato in vigore il codice pio-benedettino, la Segnatura applicò il concetto di novità *formale* testé delineato e concedete la *nova causae propositio* che la Rota Romana aveva negato, giacché considerò «*quod in hac causa forsan depositiones minus aestimatae fuerint quam meruissent*» (7). Nella fattispecie si trattava della disattenzione da parte della Rota Romana dei testi presentati dalla parte attrice perché ad essa congiunti da vincoli familiari o di dipendenza, pur riguardando le loro deposizioni fatti conosciuti *tempore non suspecto*. Comunque, la Segnatura richiedeva che dalla motivazione delle sentenze fosse possibile percepire la *factorum perversio*, non bastando la discordanza fra la parte ricorrente e il tribunale nella valutazione delle prove, né un semplice errore ininfluenza per la decisione. Infatti, la *decisio* della Segnatura, con riferimento alla dottrina canonica (Pirhing e Lega) e alla propria giurisprudenza dichiarò che «*nomine persionis factorum huiusmodi profecto venire non potest quilibet error in quem sive in percipiendis sive in aestimandis factis inciderint inferiores iudices, sed significatur tantum (...) talis factorum corruptio quae iudicum mentem in edenda sententia a veritate agnoscenda prorsus abduxerit*» (8). Invece, nella fattispecie, i giudici della Segnatura ritennero che dette deposizioni, quantunque *materialmente* non fossero nuove, adempivano al requisito della novità (*formale*) richiesta dal can. 1903 (9).

L'istr. *Provida Mater Ecclesia* recepì implicitamente detta interpretazione giurisprudenziale del concetto legale di novità, il quale veniva lasciato alla prudente discrezione del tribunale, che, d'altra parte, trattandosi normalmente di un giudizio di terza istanza, era quello apostolico della Rota Romana: «*Talia argumenta vel documenta non requiritur ut sint gravissima, multoque minus decretoria, hoc est quae peremptorie exigant contrariam decisionem; eorumque*

---

*tionum*» (M. LEGA - V. BARTOCETTI, *Commentarius in iudicia ecclesiastica*, vol. 2, Romae, 1950, n. 11, p. 11). Infatti, il vigente can. 1644 § 2 ha modificato il termine "documenta" in quello di "probationes".

(7) SEGNAURA APOSTOLICA, sentenza *coram* Sbarretti, 10 maggio 1919 - decisione di Fameli (*Signaturae Votans*), 31 maggio 1919, *Paderbornen.*, *Nullitatis matrimonii: nullitatis Rotalis sententiae et, quatenus negative, restitutionis in integrum ipsius sententiae*, in *AAS*, 11 (1919), p. 299.

(8) *Ibidem*, p. 297.

(9) *Ibidem*, p. 299.

*pondus pro causae revisione a tribunali tertiae instantiae aestimandum est, audito vinculi defensore*»<sup>(10)</sup>. Il m.p. *Causas matrimoniales* non modificò la normativa<sup>(11)</sup> che è stata sostanzialmente recepita dal vigente can. 1644.

La giurisprudenza della Rota Romana ha ammesso senza particolare difficoltà il concetto sostanziale di novità formale delle prove e degli argomenti atti ad ottenere la *nova causae propositio*<sup>(12)</sup>. Infatti, in una delle relazioni annuali, curate dalla medesima Rota Romana, sull'attività del Tribunale è affermato che «gli argomenti possono essere “nuovi e gravi” anche solo relativamente, ossia quando pur essendo materialmente già noti ai giudici dei gradi inferiori palesemente non hanno avuto peso nella decisione (in *Bollettino bis*, 64/93, 67/93). Un'evidente mancanza di fondamento della disposizione delle sentenze rispetto agli atti — cfr. il “*neglectum legis vel factorum perversio*” (in *Bollettino bis*, 85/93) —, può costituire un argomento valido in favore della concessione del riesame della causa (in *Bollettino bis*, 82/93, 44/94)»<sup>(13)</sup>.

La più recente giurisprudenza della Rota conferma detta impostazione sostanziale, quantunque sia riscontrabile tanto una certa diversità terminologica sulla novità delle prove e degli argomenti sancita dal can. 1644<sup>(14)</sup>, quanto la tensione testé accennata fra la tutela

<sup>(10)</sup> S.C. PER I SACRAMENTI, istr. *Provida Mater Ecclesia*, 15 agosto 1936, art. 217 § 3, in AAS, 28 (1936), pp. 313-361. Cfr. CIC 1917, can. 1599 § 1, 2°.

<sup>(11)</sup> Cfr. PAOLO VI, m.p. «*Causas matrimoniales*» *quo normae quaedam statuuntur ad processus matrimoniales expeditius absolvendos*, 28 marzo 1971, n. IX, in AAS, 63 (1971), pp. 441-446.

<sup>(12)</sup> Cfr., ad es., *coram Egan*, sentenza, 2 marzo 1974, n. 41, in SRRD, 66 (1974), pp. 162-170; *coram Ewers*, Decano, decreto, 23 maggio 1981, n. 6, in *Il Diritto Ecclesiastico*, 92/2 (1981), pp. 91-95; *coram Stankiewicz*, decreto, 16 maggio 1980, nn. 7 e 8, in *Il Diritto Ecclesiastico*, 91/2 (1980), pp. 196-202; *coram Pinto Gómez*, decreto, 30 maggio 1986, in *Il Diritto Ecclesiastico*, 97/2, (1986), pp. 289-293.

<sup>(13)</sup> *L'attività della Santa Sede nel 1994*, Libreria Editrice Vaticana, 1995, p. 1258.

<sup>(14)</sup> Alcune decisioni rotali qualificano come «novità formale» la riproposizione di elementi probatori già presenti nelle precedenti istanze: «*Falsa interpretatio legum aut instructoriae defectus aut esiguitas argumentorum praecedentum sententiarum semper considerata fuerunt a Iurisprudencia Nostrae Fori sicut intrinsecum motivum ut causa readmittatur ad novum examen, si quidem argumenta non tractata vel male tractata vel mendose usa sunt in praecedentibus. Ideoque, non requiritur probationum novitas materialis sed tantum formalis* (Cfr. *Dec. coram Jullien*, die 16 octobris 1948, S.R. Rotae Decis., vol. XL, a. 1948, 354; *Dec. coram Fiore*, die 30 aprilis 1983, R.R.Dec., vol. LXXV, p. 254,

della stabilità del giudicato formale e della verità oggettiva. Ad es., in una *coram* Defilippi, da una parte, è sottolineata la natura eccezionale della *nova causae propositio* — poiché intacca il giudicato formale e l'efficacia del provvedimento giudiziale — e, quindi, è adoperato un criterio restrittivo per l'ammissione di questa impugnazione: «*post duplicem sententiam conformem, retractatio causae "de statu personarum" admitti nequit propter leves et fortasse apparentes tantum rationes, secus "norma generalis de fine iudicii post duplicem sententiam conformem omni privaretur efficacia"* (*coram* Wy-nen, *decisio diei 16 maii 1953*, R.R.Dec., vol. XLV, p. 350, n. 2). *Ceterum nova causae propositio est quaedam exceptio in systemate iuris processualis canonici, ideoque strictae subest interpretationi (can. 18). Can. 1644, § 1, aequae componens inter se principia nuperrime commemorata, statuit sub quibus condicionibus, in causis de statu personarum, post duplicem sententiam conformem concedenda sit retractatio causae, quae ideo "non relinquitur arbitrio Iudicis qui, conditionibus deficientibus, nullam habet competentiam propositionem novam admittendi"* (*coram* Heard, *decisio diei 17 iulii 1958*, R.R.Dec., vol. L, p. 470, n. 2)»<sup>(15)</sup>.

---

n. 9; *Dec. coram* Palestro, *die 2 iulii 1986*, *Decreta*, vol. IV, p. 112, n. 8; *Dec. coram* Pinto, *die 30 maii 1986*, *Decreta*, vol. IV, p. 83, n. 3)» (ROTA ROMANA, *coram* Alwan, decreto, 26 ottobre 1999, *Neosolien.*, *Nullitatis matrimonii; Praelimiraris: novae causae propositionis*, n. 6, Prot. n. 17.620, B. Bis 94/99). Cfr. ROTA ROMANA, *coram* Pinto, sentenza definitiva, 17 dicembre 1999, *Cincinnati.*, *Nullitatis matrimonii; Praelimiraris: novae causae propositionis*, n. 7, Prot. n. 17.437, Sent. 155/99; ROTA ROMANA, *coram* Defilippi, decreto, 25 gennaio 2001, *Matriten.*, *Nullitatis matrimonii; Praelimiraris: novae causae propositionis*, n. 4, Prot. n. 18.001, B. Bis 9/01; ROTA ROMANA, *coram* Defilippi, decreto, 12 luglio 2001, *Vashingtonen.*, *Nullitatis matrimonii; Praelimiraris: novae causae propositionis*, n. 4, Prot. n. 18.166, B. Bis 89/01. Altre decisioni, invece, non adoperano i termini «novità materiale» e «formale» ma quelli di elementi «intrinseci» e «estrinseci» alla sentenza, per significare, rispettivamente, la novità formale e materiale (cfr., ad es., ROTA ROMANA, *coram* Alwan, decreto, 4 luglio 1997, *Int. Britanniae seu Nannten.*, *Nullitatis matrimonii; Praelimiraris: novae causae propositionis*, n. 10, Prot. n. 17.269, B. Bis 57/97; ROTA ROMANA, *coram* Erlebach, decreto, 20 febbraio 1998, *Reg. Mexicani Occidentalis seu Guadalaiaren.*, *Nullitatis matrimonii; Praelimiraris: novae causae propositionis*, n. 4, Prot. n. 17.272, B. Bis 13/98; ROTA ROMANA, *coram* Stankiewicz, decreto, 28 giugno 2001, *Reg. Etrusci seu Fesulana*, *Nullitatis matrimonii; Praejudicialis: Nullitatis decreti et Novae causae propositionis*, n. 9, P.N. 18411, B. Bis 85/01).

<sup>(15)</sup> ROTA ROMANA, *coram* Defilippi, sentenza definitiva, 13 febbraio 1998, *Florentina*, *Nullitatis matrimonii et novae causae propositionis*, nn. 3 e 4, Prot. n. 16.902, Sent. 11/98. Cfr. *coram* Defilippi, decreto, 25 gennaio 2001, *Matriten.*, cit., n. 5.

